



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118669

§. 47. Parisiensis civitatis suburbia a Rege invasa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

Sæcul. XVI
A.C 1590.

nino crudos devorabant, alii vero beftiarum intestina ad sterquilinum projecta manducabant, passimque cadaverum ossa in farinam molebantur: nec melior potus, quam cibi, erat conditio; deficiente enim vino, in ænopolis nescio quæ potio ex avenæ paleis, ac radicibus decocta vendebatur, unde communis hæc calamitas in gravissimos morbos, & præcipue tumores, atque hydropifas degenerabat, quæ tamen omnia mala animi ad extremam patientiam obstinati tolerabant constantia vix unquam audita, quæ crescentibus miseriis magis, magisque in eis augeri videbatur: insuper cives noxarum condonatione a Legato concessa, necnon Concionatorum hortationibus tantopere in suo proposito firmabantur, ut exuta omni humanitate plures neci traderentur, non aliud ob crimen, nisi quod vel panem, vel pacem dari peterent.

§. XLVII.

Thuc. l. 99. Mez. ab-rege. t. 3. p. 370. Mem. de la Lig. p. 159. t. 4. p. 159. *Parisiensium Deputati ad Regem.*

Postea die quinta Augusti Parisienses datis ad Maduanum literis extremam, ad quam urbs esset redacta, necessitatem eidem exponebant: urgente autem mali violentia, ac prompti responsi opportunitate undique interclusa
Legatus

Legatus, & Mendoza Hispaniæ Regis Sæcul. XVI.
 Orator, cum populum jam aliunde po- A.C. 1590.
 tissima ex parte irritatum in apertam
 seditionem prorupturum vererentur,
 Regem inter, & Maduanum Ducem de
 facienda pace agi permittebant, ut sal-
 tem hac ratione populum spe lactarent,
 aut saltem proximam urbis irruptionem
 præpedirent: ergo die sexta Augusti
 Senatus Parisiensis jussu decernitur, ut
 Gondius Cardinalis, Parisiensis Episco-
 pus, necnon Archipræful Lugdunensis,
 aliique ex sacro Ordine Viri Regem adi-
 rent, qui etiam ex Abbatia sancti An-
 tonii, ubi tum agebat, ad eos publicæ
 securitatis literas transmittijussit. Ad-
 erant tum Chivernius Cancellarius, qui
 in Regis gratiam redierat, necnon Bi-
 ronius Marefcallus, omnesque aulæ
 Proceres, ac Ministri, coram quibus
 Gondius ceterorum nomine perorans
 publicam regni calamitatem vivis co-
 loribus depingebat, suæque legationis
 causam exponens addebat, se hanc
 provinciam a Senatu, & urbis Ordini-
 bus demandatam suscepisse, ut ad ipsum
 Regem veniret, & inde ad Maduanum
 transfiret, quatenus religionem in tuto
 constitueret, & pacis inter utrumque
 faciendæ rationes iniret.